UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XLVI. Markgraf Ludwig überweist Hebungen aus Königsberg und Bärwalde für einen zu Königsberg zu gründenden Elenden - Altar, am 6. Oktober 1337.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

XLV. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Königsberg eine Mühle, am 15. September 1337.

Ludovicus etc. conſulibus atque univerſitati civium in Konnigesbergh, requiſicionibus veſtris inclinati, damus vobis ac poſteris veſtris proprietatem plenam et omnimodam ſuper molendino, ſito in foſſato dicte noſtre civitatis ad fluvium Roreke, nec non proprietatem tocius pachti ſeu proventuum molendini ejusdem vobis et civitati pleno jure et libertate perpetue permanendam, quos quidem fructus fratres dicti de Wedechowe coram nobis ad manus ſeu uſus veſtros ſolempniter reſignaverunt. Renuncciantes igitur dicto molendino, fructibus et proventibus ejusdem, nec non omni juri, quod nobis competiit in eisdem, nihilque juris nobis vel noſtris ſucceſſoribus inibi reſervantes. In cujus etc. Teſtes domini Johannes Buch, Henricus Iſolrider, Huſener, Heylo, Bortuelt, milites, Haſſo ſenior de Wedel, Ty. de Brederlow, Johannes Claden, plebanus ibidem. Datum Berlin, Anno MCCCXXXVII, in craſtino exaltacionis ſancte crucis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 179.

XLVI. Markgraf Ludwig überweiſt Hebungen aus Königsberg und Bärwalde für einen zu Königsberg zu gründenden Elenden-Altar, am 6. Oktober 1337.

Nouerint vniuerſi etc. Ludowicus etc. Ob ſalutem et perpetuam memoriam predeceſſorum noſtrorum, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum bone recordationis, marchionum Brandenburgenſium, appropriauimus et preſentibus appropriamus altari exulum, qui prochdolor amicorum ſubuencionibus et beneficiis orbati ſunt, et ſolum eis commune beneficium ſuffragatur, in honore ſancte crucis infra vnius anni ſpacium dedicandum in eccleſiaque parochiali ciuitatis noſtre Kungesperg ſitum, quinque fruſta annuorum redituum ex manſis ciuitatis noſtre Kungesperg, qui vvlgariter hoſe huſe nominantur, ſingulis annis ſolutionumque terminis debitis euenientibus et triginta quatuor ſolidos denariorum Brandenburgenſium ex cenſu manſorum ciuitatis Bernwolde, ſolitis ſolutionum temporibus euenientes, ſine inquietatione qualibet perpetue altari prehabito pertinendos. Transferentes quoque collationem et preſentationem altaris prenotati in conſules preſentes et ſuccedentes ciuitatis prehabite, ſic, quod ipſi conſules vacationis ipſius tempore debebunt et poterunt de perſona ydon(e)a ſibi, que iugiter interpellet creatorem dominum et deum altiſſimum inuocet pro ſalute fidelium, prouidere. In cuius etc. Teſtes Büch, haſſo miles, haſſo ſenior, nycolaus wick, Bertramus Eckſtede cum ceteris. Datum Ewerswalde, anno domini M. CCC. XXX. VII°., in octaua michahelis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).